

etiam Christianę pietatis frui nomine, qui diuinam iram non effugient. Quicquid enim ex improba falforum Christianorū vita, quibus absque disciplinæ vſu perpurgari Ecclesia nō potest, in Euangelicam veritatem dedecoris exundat, eius certè ipsi pœnas dabunt.

Ac de doctrinæ morumque deprauatione qua omnis Christi regni euersio, regni autem Satanæ constitutio continetur, hætenus dictum sit. Sed quoniam Satanæ haud satis est, si Christi regno euerso suū erigat, nisi suū illud sibi cōmuniat firmetque: proximo loco quæ sint satanici regni munimenta, dicendum erit.

Quinti &
sexti libri
scopus.



SATANÆ STRATA-

GEMATVM

LIBER VI.

HLLVD constat, Christi regni instaurationem in doctrinæ, hoc est, in Euangelicæ veritatis restitutione esse positam. Ea enim & ostendit quid nos velit Deus facere: & partim promissis allicit, partim comminationibus impellit ad Deo obtemperandum. Quod vbi fit, ibi Christus regnet, indeque exulet Satanus, necesse est. Quare omnia quidem Satanicæ regni munimenta eò pertinere par est, vt Euangelicæ veritati omnis sit aditus præclusus.

Proin-